O clementissima Regina del Rosario di Pompei, Tu, sede di sapienza, hai posto un trono di misericordie nuove su la terra che fu del paganesimo, per trarre tutti i popoli a salvamento con la corona delle tue mistiche rose: deh! ricordati che il tuo divin Figliuolo ci lasciò detto: Io ho altre pecorelle, le quali non sono di questo ovile, ed anche quelle è d'uopo che io raduni, ed esse udiranno la voce mia e vi sarà un ovile solo ed un solo Pastore. Ma ricordati pure che sul Calvario divenisti la Corredentrice, cooperando per la crocifissione del tuo cuore alla salvezza del mondo insieme col tuo Figliuolo crocifisso; e da quel giorno divenisti la Riparatrice del genere

umano, il rifugio dei peccatori e la Madre di tutti gli uomini. Guarda, o Madre, quante anime ogni ora vanno eternamente perdute! Guarda, quanti milioni d'Indiani, di Cinesi e genti di barbare regioni non conoscono ancora Gesù Cristo! Vedi, quanti altri che son pure cristiani e sono nondimeno lontani dal seno della Madre Chiesa, che è Cattolica, Apostolica, Romana! O mediatrice potentissima, Maria, avvocata del genere umano, amantissima di noi mortali e vita del nostro cuore, Vergine benedetta del Rosario di Pompei, esaudisci le nostre preghiere: non vada perduto per tanto numero di anime il Sangue prezioso e il frutto della Redenzione. Dal tuo eletto trono di Pompei, ove non fai altro che dispensare grazie all'afflitta gente, deh! fa' spiccare un raggio di quella luce celeste, che stenebri tanti ciechi intelletti e riscaldi tanti gelidi cuori. Intercedi presso il tuo divin Figliuolo, ed ottieni che quanti sono in questo mondo, pagani, ebrei, eretici e scismatici, ricevano la luce superna e lieti entrino nel seno della vera Chiesa. Esaudisci la preghiera che a

te rivolge fidente il Sommo Pontefice, acciocchè tutti i popoli, congiunti nell'unità della fede, conoscano ed amino Gesù Cristo, il benedetto frutto del seno tuo, che vive e regna nei secoli col Padre e con lo Spirito Santo. Ed allora tutti gli uomini ameranno anche te, salute del mondo, arbitra dispensatrice dei tesori di Dio e Regina di misericordia nella Valle di Pompei. E glorificando te, Regina delle Vittorie, che col Rosario disperdi ogni eresia, riconosceranno che a tutte le genti Tu dai la vita, perchè è d'uopo che si adempia la profezia del Vangelo: Tutte le genti mi chiameranno beata. **Salve, Regina.**

Indulgentia centum dierum (Breve 20 Iulii 1925).

B) Pro conversione schismaticorum et haereticorum.

292.

Pro conversione Neerlandiae.

Fidelibus, qui aliquas preces pro conversione Neerlandiae recitaverint, conceditur:

Indulgentia ducentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem ut supra oraverint (S. C. Indulg., 14 Martii 1906).

293.

Pro conversione Russiae.

Salvator mundi, salva Russiam.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Poen. Ap., 24 Nov. 1924).

294.

Ad unionem Christianorum ex oriente impetrandam.

O Signore, che avete unito le diverse nazioni nella confessione del vostro Nome, vi preghiamo per i popoli cristiani dell'Oriente. Memori del posto eminente che hanno tenuto nella vostra Chiesa, vi supplichiamo d'ispirar loro il desiderio di riprenderlo, per formare con noi un solo ovile sotto la guida di un medesimo Pastore. Fate, che essi insieme con noi si compenetrino degli insegnamenti dei loro santi Dottori, che sono anche nostri Padri nella fede. Preservateci da ogni fallo, che potrebbe allontanarli da noi. Che lo spirito di

concordia e di carità, che è indizio della vostra presenza tra i fedeli, affretti il giorno in cui le nostre si uniscano alle loro preghiere, affinchè ogni popolo ed ogni lingua riconosca e glorifichi il nostro Signore Gesù Cristo. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (Breve 15 Apr. 1916).

C) Pro conversione Iudaeorum.

295.

ORATIONES.

a) **Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas et Iudaicam incredulitatem a tua misericordia non repellis, exaudi preces nostras, quas pro Hebraeorum illuminatione deferimus, ut, agnita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui residui sunt ex populo Hebraeorum, per viam salutis incedant: et beati Ioannis Praecursoris hortamenta sectando, ad eum, quem praedixit, securi perveniant, Domi-**

num nostrum Iesum Christum Filium tuum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Poen. Ap., 9 Dec. 1924).

296.

b) **Respice, Domine, misericordiae oculis illius gentis filios, quae tamdiu populus electus fuit; et Sanguis, qui olim super eos invocatus est, nunc in illos quoque, redemptionis vitaeque lavacrum, descendat.**

Indulgentia ducentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 16 Iulii 1926).

D) **Pro conversione Hebraeorum et Turcarum.**

297.

Oratio.

O amantissimo e amabilissimo Cuore di Gesù, prostrati innanzi a voi ardentemente vi supplichiamo di spandere nella Chiesa e nel mondo quei fiumi di acqua viva, che da voi scaturiscono come da fonte inesausta per salire alla vita eterna. O Gesù, Figlio di David

e Figlio di Dio vivo, abbiate compassione di noi, figli del vostro Cuore trafitto! Deh! non ci togliete, come pure meriteremmo per le nostre colpe e ingratitudini, il dono della vostra santissima Fede, non vi nascondete ai nostri occhi Voi, che siete la vera nostra luce e l'unica nostra speranza; ma rimanete con noi, o Signore, mentre più si addensano le tenebre degli errori, e riempiteci di quel fuoco di carità che siete venuto a portare sulla terra e volete che si accenda nel cuore di tutti gli uomini.

O Gesù, sacrificato per noi sull'altare della Croce, tirateci a voi, e con noi tirate pure gli Ebrei e i Turchi, per i quali ancora versaste già il vostro Sangue fino all'ultima stilla.

Deh! questo Sangue, invocato un dì in maledizione dagli uni, scenda in benedizione sopra il loro capo e li salvi! Questo Sangue, disprezzato e profanato dagli altri, mandi pur per essi un grido di misericordia e li purifichi! Sovvenite, o Signore, ve ne scongiuriamo, sovvenite ai poveri figli d'Isacco e d'Ismaele, per i quali ancora voleste sostenere la vostra dolorosissima passione e morte. Vi parlino in

loro favore quelle piaghe santissime che nelle mani, nei piedi e nel costato tenete ancora vive ed aperte come prezzo del comune riscatto. Alle loro voci potenti si uniscano pur quelle che escono dal Cuore della vostra dolcissima Madre. Questo Cuore, trafitto dalla spada del dolore, immerso in un mare di pene, martirizzato col vostro appiè della Croce, noi vi offeriamo, o Gesù, per la salvezza di tanti infelici.

O dolce Cuore di Maria, dite a Gesù quel che non sappiamo nè possiamo dir noi, ed esso vi esaudirà. Che se per vincere le resistenze di quelli, per cui vi preghiamo, è necessario un miracolo, questo, o Vergine immacolata, noi vi chiediamo per quell'amore immenso che voi portate a Gesù. Ah! sì, degnatevi di apparire agli Ebrei ed ai Turchi come già appariste a Ratisbonne, e, ad un cenno della vostra destra, essi subito, come lui, saran convertiti.

Oh! venga, venga presto un tal giorno in cui la Triade sacrosanta regni per voi in tutti i cuori, e tutti conoscano, amino ed adorino in spirito e verità il frutto benedetto del vostro

seno, Gesù, che col Padre e con lo Spirito Santo, vive e regna nei secoli de' secoli. Così sia.

Indulgentia centum dierum semel in die (Breve 18 Dec. 1899).

E) Pro conversione infidelium.

I.

PRO CONVERSIONE INFIDELIUM GENERALITER.

298.

PIUM EXERCITIUM.

Fidelibus, qui die dominica ab Ordinario loci statuta, ad normam Rescripti Sacrorum Rituum Congregationis diei 14 Aprilis 1926, pro infidelium conversione pias preces effuderint, conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus (S. Rituum C., 14 Apr. 1926, exhib. doc. 16 Nov. 1927).

299.

ORATIO.

Aeterne rerum omnium effector Deus, memento abs te animas infidelium procreatas, easque ad imaginem et similitudinem tuam

conditas. Ecce, Domine, in opprobrium tuum his ipsis infernus impletur. Memento, Iesum, Filium tuum, pro illorum salute atrocissimam subiisse necem. Noli, quaeso, Domine, ultra permittere, ut Filius tuus ab infidelibus contemnatur, sed precibus sanctorum virorum et Ecclesiae, sanctissimi Filii tui Sponsae, placatus, recordare misericordiae tuae, et oblitus idololatriae et infidelitatis eorum, effice ut ipsi quoque agnoscant aliquando quem misisti Dominum Iesum Christum, qui est salus, vita et resurrectio nostra, per quem salvati et liberati sumus, cui sit gloria per infinita saecula saeculorum. Amen (S. Franciscus Xaverius).

Indulgentia trecentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (Pius IX, Reser. *Manu Propr.*, 24 Maii 1847, exhib. 30 Sept. 1862; S. Poen. Ap., 6 Dec. 1918).

II.

Pro conversione paganorum.

300.

Orationes.

a) Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas; ut errantium corda resipiscant. Exaudi preces nostras, quas pro infidelium obcaecatione deferimus; ut, agnita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Alleva manum tuam super gentes alienas, ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, ut cognoscant te, sicut et nos cognovimus, quoniam non est Deus praeter te, Domine. Da testimonium his, qui ab initio creaturae tuae sunt, et suscita praedicationes, quas locuti sunt in nomine tuo Prophetae priores. Da mercedem sustinentibus te, ut Prophetae tui fideles inveniantur. Exaudi orationes servorum tuorum ut sciant omnes, qui

habitant terram, quia Tu es Deus, conspector saeculorum.

℣. Confiteantur tibi populi, Deus.

℟. Confiteantur tibi populi omnes.

Oremus.

Protector noster, aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, et fac ut ab ortu solis usque ad occasum magnificetur nomen tuum in gentibus, ac in omni loco sacrificetur et offeratur nomini tuo oblatio munda. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 9 Novembris 1920).

301.

b) Miserere nostri, Deus omnium, et respice nos et immitte timorem tuum super gentes, quae non exquisierunt te, ut cognoscant, quia non est Deus nisi Tu, et enarrent magnalia tua. Festina tempus, et memento finis, ut

enarrent mirabilia tua et metuant te omnes fines terrae.

℣. **Iubilate, omnis terra.**

℟. **Servite Domino in laetitia.**

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram, et libera paganos ab idolorum cultura et aggrega Ecclesiae tuae sanctae, ad laudem et gloriam nominis tui. Per Christum Dominum nostrum.

℟. **Amen.**

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 9 Nov. 1920).

302.

c) **O clementissima Maria, refugium peccatorum, adesto supplicationibus nostris et ora Filium tuum, ut Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus paganorum; ut, relictis idolis suis, convertantur ad Deum vivum et verum, et unicum Filium eius Christum Deum et Dominum nostrum.**

℣. **Confundatur omnes, qui adorant sculptilia.**

℟. **Et qui gloriantur in simulacris suis.**

Oremus.

Deus, qui omnes homines vis salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire: mitte, quaesumus, operarios in messem tuam et da eis cum omni fiducia loqui verbum tuum; ut sermo tuus currat et clarificetur, et omnes gentes cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum: qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 9 Nov. 1920).

III.

PRO CONVERSIONE GALLENSIUM.

303.

ORATIO.

O Almighty God, Who in Thine infinite goodness hast sent Thy only begotten Son into this world to open once more the gates of

Heaven and to teach us how to know love and serve Thee, have mercy on Thy people who dwell in Wales. Grant to them the precious gift of Faith and unite them in the one, true Church founded by Thy divine Son: that acknowledging her authority and obeying her voice they may serve Thee, love Thee, and worship Thee as Thou desirest in this world, and obtain for themselves everlasting happiness in the world to come. Through the same Jesus Christ our Lord. Amen.

℣. Our Lady Help of Christians. ℟. Pray for Wales.

℣. St. David. ℟. Pray for Wales.

℣. St. Winefride. ℟. Pray for Wales.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (Pius X, Resc. *Manu Propr.*, 13 Mart. 1905, exhib. 22 Mart. 1905).

IV.

Pro conversione Africae.

304.

Oremus.

Domine Iesu Christe, unice Salvator universi generis humani, qui « iam dominaris a mari usque ad mare et a flumine usque ad ter-

minos orbis terrarum », aperi propitius sacratissimum Cor tuum etiam miserrimis Africae animabus, quae adhuc in tenebris et umbra mortis sedent; ut, intercedente piissima Virgine Maria, Matre tua immaculata, eiusque Sponso gloriosissimo, beato Iosepho, relictis idolis, coram te procidant Africani et Ecclesiae tuae sanctae aggregentur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Pater, **Ave** et **Gloria**.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. C. Indulg., 23 Iunii 1885; S. C. S. Officii, 23 Iul. 1914).

Nota. - Aliquo obstante impedimento, quominus oratio recitetur, sufficit ut ter dicatur **Pater**, **Ave** et **Gloria** (S. C. Indulg., 29 Martii 1889).

V.

Pro conversione Sinarum et Mongoliae.

305.

Oremus.

Domine Iesu Christe, unice Salvator universi generis humani, qui « iam dominaris a mari usque ad mare et a flumine usque ad ter-

minos orbis terrarum », aperi propitius sacratissimum Cor tuum etiam miserrimis Nationis Sinensis nec non Mongoliae incolis, qui adhuc in tenebris et umbra mortis sedent; ut, intercedente piissima Virgine Maria, Matre tua immaculata, et sancto Francisco Xaverio, relictis idolis, coram te procidant et Ecclesiae tuae sanctae aggregentur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. **Amen.**

Pater, Ave et **Gloria.**

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. C. S. Officii, 27 Maii 1909).

Nota. - Aliquo obstante impedimento, quominus oratio recitetur, sufficit ut ter dicatur **Pater, Ave** et **Gloria** (S. C. S. Officii, 27 Maii 1909).

VI.

Pro conversione Iaponensium.

306.

Oratio.

O Maria, fulgida Stella matutina, quae iam primum terris apparens, proximum Solis iustitiae et veritatis ortum significasti, Impe-

rii Iaponensis civibus suaviter illucescere dignare, ut mox, discussis mentium tenebris, lucis aeternae candorem, Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum fideliter agnoscant. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die. *Indulgentia plenaria* suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. C. S. Officii, 8 Iulii 1909; Benedictus XV, Reser. *Manu Propr.*, 16 Ian. 1918, exhib. 18 Ian. 1918).

VII.

Pro conversione Mahumetanorum.

307.

Oratio.

O Gesù, vero Dio e vero Uomo, Redentore del mondo intero, rivolgete, ve ne supplichiamo pel Cuore immacolato di Maria, uno sguardo misericordioso su quei popoli, che da tanti secoli vivono sotto il giogo dell'Islamismo. Deh! perdonate loro quanto essi, in onta del vostro Nome santissimo e del nome cristiano, hanno fatto contro il popolo eletto! Con un raggio della vostra luce diradate le tenebre in cui si

trovano avvolti, e nel lavacro della rigenerazione aprite loro i tesori del vostro Cuore, affinchè nella confessione della vera Fede adorino e glorifichino col Padre e con lo Spirito Santo, voi, Verbo eterno, umanato per la nostra salvezza. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 24 Iulii 1923).

Caput VI.
Pro bona morte.

I.

Actus saltem semel in vita ponendus pro indulgentia in articulo mortis.

308.

a) Fidelibus, qui quolibet vitae tempore, cum vero caritatis in Deum affectu, suetis conditionibus expletis, propositum emittunt suscipiendi de manu Dei aequo ac libenti animo mortem cuiuscumque generis prout Deo placuerit, cum omnibus suis angoribus, poenis ac doloribus, conceditur:

Indulgentia plenaria in mortis articulo acquirenda (S. C. Indulg., 9 Mart. 1904).

b) Fidelibus vero, qui idem propositum renovaverint, conceditur:

Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum (S. C. S. Officii, 16 Nov. 1916; S. Poen. Ap., 28 Iun. 1927).

II.

Pia exercitia.

309.

Preces.

Recordare, Virgo Mater Dei, dum steteris in conspectu Domini, ut loquaris pro nobis bona et ut avertat indignationem suam a nobis.

Sancta Mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.

Fac ut portem Christi mortem,
Passionis fac consortem
Et plagas recolere.

Flammis ne urar succensus,
Per te, Virgo, sim defensus
In die iudicii.

Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriae.

Quando corpus morietur,
Fac ut animae donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. **Ora pro nobis, Virgo dolorosissima.**

℟. **Quae iuxta crucem Iesu constitisti.**

Oremus.

Interveniat pro nobis, quaesumus, Domine Iesu Christe, nunc et in hora mortis nostrae, apud tuam clementiam beata Virgo Maria, Mater tua, cuius sacratissimam animam in hora tuae passionis doloris gladius pertransivit. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

℟. **Amen.**

Ter **Ave, Maria.**

℣. **Nostra Domina a bona morte.** ℟. **Ora pro nobis.**

℣. **Sancte Ioseph.** ℟. **Ora pro nobis.**

Indulgentia trecentorum dierum.

Fidelibus, qui novendiale pium exercitium expleverint, in quo quotidie supra relatas preces recitaverint, conceditur:

Indulgentia plenaria suetis conditionibus, expleto exercitio (Breve 22 Mart. 1918).

310.

Rhythmus.

Ave, Mater dolorosa,
Martyrumque prima rosa,
Audi vocem supplicis:
Fac, ut mortis in agone,
Tua fidens protectione,
Iusti pacem gaudeam.

Per dolorem, o Maria,
Tibi Senis prophetia
Velut ensem conditum:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Per dolorem, quem tulisti,
In Aegyptum quum fugisti,
Ut salvares Puerum:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Per dolorem, quando moerens,
Inter notos Iesum quaerens,
Revocabas perditum:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Per dolorem, qui te pressit,
Dulcis Natus quum processit,
Fractus ligni pondere:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Per dolorem cordi infixum,
Dum spectabas Crucifixum,
Sacra simul victima:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Per dolorem, quando Christi
Corpus ulnis excepisti,
E cruce depositum:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Per dolorem, dum condebas,
Pia Mater et linquebas
In sepulcro Filium:
Fac, ut mortis in agone, etc.

Christe, cum sit hinc exire,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriae.
Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem rhythmus recitatus fuerit (Breve 22 Martii 1918).

III.

ORATIONES.

311.

O Gesù, adorando io l'estremo vostro sospiro, vi prego di ricevere l'ultimo mio. Nell'incertezza se avrò libero lo spirito allorquando uscirò da questo mondo, io vi offro fin d'ora la mia agonia e tutti i dolori del mio trapasso. Essendo Voi mio Padre e mio Salvatore, rimetto nelle vostre mani l'anima mia. Bramo che l'ultimo mio momento sia unito a quello della vostra morte, e che l'estremo battito del mio cuore sia un atto di puro amore per voi. Così sia.

Indulgentia centum dierum semel in die (S. C. Indulg., 16 Iul. 1902).

312.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

O mi Deus, moriendum mihi est certo, sed nescio quando, quomodo, ubi moriar: hoc unum scio, me in aeternum periturum, si in peccato lethali expirem. Beatissima Virgo Ma-

ria, Mater Dei sancta, ora pro me peccatore nunc et in hora mortis meae. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 24 Dec. 1905, exhib. 12 Ian. 1906).

313.

Miserere mei, Deus: et exaudi orationem meam (Ps. IV, v. 1).

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea (Ps. VI, v. 2).

Miserere mei, Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis (Ps. IX, v. 13).

Miserere mei, Deus; quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus et venter meus (Ps. XXX, v. 9).

Miserere mei, Deus: secundum magnam misericordiam tuam (Ps. L, v. 1).

Miserere mei, Deus; quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me (Ps. LV, v. 1).

Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea (Ps. LVI, v. 1).

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: laetifica animam servi tui, quo-

niam ad te, Domine, animam meam levavi (Ps. LXXXV, v. 3).

Miserere nostri, Domine, miserere nostri quia multum repleti sumus despectione (Ps. CXXII, v. 4).

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui neminem vis perire, et cui nunquam sine spe misericordiae supplicatur, nam Tu dixisti ore sancto tuo et benedicto: Omnia quaecumque petieritis in nomine meo, fient vobis; peto a te, Domine, propter nomen sanctum tuum, ut in articulo mortis meae des mihi integritatem sensus cum loquela, vehementem contritionem de peccatis meis, veram fidem, spem ordinatam, caritatem perfectam, ut tibi puro corde dicere valeam: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum: redemisti me, Deus veritatis, qui es benedictus in saecula saeculorum. ℟. Amen (S. Vincentius Ferrerius).

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. C. S. Officii, 5 Iun. 1913).

314.

O mio Creatore adorabile, vi chiedo la più importante di tutte le vostre grazie, cioè una santa morte. Deh! per quanto sia stato l'abuso che sin qui ho fatto della vita che mi avete donata, concedetemi di finirla nel vostro santo amore.

Che io muoia come i santi Patriarchi, lasciando senza tristezza questa valle di pianto per venire a godere una requie eterna nella mia vera patria. - Che io muoia come il glorioso san Giuseppe fra le braccia di Gesù e di Maria, alternando questi Nomi dolcissimi che spero di benedire per tutta l'eternità. - Che io muoia come la immacolata vostra Madre Maria, nella carità più pura e col desiderio di riunirmi all'unico oggetto dei miei amori. - Che io muoia come Gesù sulla Croce coi sentimenti più vivi di odio al peccato, di carità verso di voi, Padre celeste, e di perfetta rassegnazione nella mia agonia. Padre santo, nelle vostre mani consegno l'anima mia. Abbiate pietà di me. Gesù, morto per me, accordatemi la grazia di morire in un atto di per-

fetta carità verso di voi. Santa Maria, Madre di Dio, pregate per me ora e nel punto della mia morte. Angelo mio custode, miei Avvocati, non mi abbandonate nell'ora della mia morte. San Giuseppe, ottenetemi di morire della morte dei giusti. Così sia.

O mio Dio, Sovrano padrone della vita e della morte, che con decreto immutabile, a punizione del peccato, avete stabilito che tutti gli uomini debbano morire, eccomi umilmente prostrato davanti alla vostra tremenda Maestà, rassegnato e sottomesso a questa legge della vostra giustizia. Detesto di tutto cuore le mie colpe passate, per le quali ho meritato mille volte la morte, epperò l'accetto in espiazione di quelle e per obbedire alla vostra volontà. Sì, o gran Dio, mandatemi la morte nel tempo, nel luogo e modo che a voi piacerà. Intanto profitterò dei giorni ed anni che vi piacerà concedermi per distaccarmi da questo mondo e troncare tutti i legami, che mi tengono avvinto a questa terra di esilio, e preparare l'anima mia a comparire con sicura fiducia dinnanzi al vostro tribunale. Però mi abbandono senza riserve tra le mani della vo-

stra paterna Provvidenza. Sia fatta ora e sempre la divina vostra volontà. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. Poen. Ap., 15 Ian. 1920).

Caput VII.

Varia.

I.

Pro Summo Pontifice.

315.

Invocatio.

Seigneur Jésus, couvrez de la protection de votre divin Cœur notre Très Saint Père le Pape. Soyez sa lumière, sa force et sa consolation.

Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum (S. Poen. Ap., 18 Ian. 1924).

316.

Oratio.

Volgi, volgi, misericordioso Padre, l'occhio della pietà sopra la Chiesa tua Sposa e sopra il Vicario tuo; nascondilo sotto le ali della tua misericordia, affinchè gli iniqui su-

perbi non gli possano nuocere. Illumina quelli che lo combattono e che resistono allo Spirito Santo e alla tua onnipotenza. Guarisci per mezzo suo le nostre infermità; fa' che istruisca il popolo a lui soggetto, che attragga altresì gl'infedeli con le discipline celestiali, offerisca i frutti della salute eterna alla tua Maestà, che sia infaticabile a portare lo stendardo della santa Croce, e che attiri a te tutto l'universo. Tu, Dio eterno, alta, eterna Deità, nel tuo lume fa' vedere il lume, onde io supplico a te umilmente che Tu infonda esso lume a ogni creatura che ha in sè ragione, ma singolarmente al dolce Padre nostro, Vicario tuo, affinchè Tu di lui faccia un altro te. Manifesta l'amore che hai al Vicario tuo. O Dio sovranamente buono, noi ti offriamo la nostra vita, rendila utile per la tua gloria. Così sia (Ex operibus S. Cathar. Senen.).

Indulgentia quingentorum dierum.

Indulgentia plenaria semel in mense, additis confessione, sacra Communione et alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 7 Dec. 1923 et 15 Nov. 1927).

II.

Pro sacerdotibus.

317.

Oblatio.

O Jésus, anéanti dans l'Eucharistie pour être le foyer d'amour de l'Eglise catholique et la force des âmes, nous vous offrons nos prières, nos actions, nos souffrances, pour vos prêtres, et afin que chaque jour s'étende davantage le règne de votre sacré Cœur.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. Poen. Ap., 8 Apr. 1919).

318.

Oratio.

O Jésus, Pontife éternel, divin Sacrificateur, Vous qui dans un incomparable élan d'amour pour les hommes, vos frères, avez laissé jaillir de votre sacré Cœur le Sacerdoce chrétien, daignez continuer à verser dans vos prêtres les flots vivifiants de l'Amour infini.

Vivez en eux, transformez-les en vous; rendez-les, par votre grâce, les instruments de vos

miséricordes; agissez en eux et par eux, et faites, qu'après s'être tout revêtus de vous par la fidèle imitation de vos adorables vertus, ils opèrent, en votre nom et par la force de votre esprit, les œuvres que Vous avez accomplies Vous-même pour le salut du monde.

Divin Rédempteur des âmes, voyez combien grande est la multitude de ceux qui dorment encore dans les ténèbres de l'erreur; comptez le nombre de ces brebis infidèles qui côtoient les précipices; considérez la foule des pauvres, des affamés, des ignorants et des faibles qui gémissent dans l'abandon.

Revenez vers nous par vos prêtres; revivez véritablement en eux; agissez par eux et passez de nouveau à travers le monde, enseignant, pardonnant, consolant, sacrifiant, renouant les liens sacrés de l'Amour entre le Cœur de Dieu et le cœur de l'homme. Ainsi soit-il.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (Pius X, Resc. *Manu Propr.*, 3 Mart. 1905, exhib. 13 Febr. 1911; S. Poen. Ap., 17 Maii 1927).

III.

Pro conservatione clericorum in militia.

319.

PRECES.

Ant. **Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei.**

℣. **Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.**

℟. **Ut ei placeat cui se probavit.**

Oremus.

Deus, infirmitatis humanae singulare praesidium, exaudi, quaesumus, preces quas pro fratribus in discrimine positis humiliter fundimus, ut famulos tuos ab omni eruas peccatorum nequitia, et in tuae protectionis securitate constituas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 29 Mart. 1908, exhib. 30 Mart. 1908).

IV.

Pro nascituris.

320.

ORATIO.

O Marie! O Mère immaculée, je vous en conjure par la joie que Vous avez éprouvée à la naissance de Jésus votre divin Fils, prenez sous votre maternelle protection tous les petits enfants, qui doivent naître aujourd'hui dans le monde entier, obtenez-leur la grâce du saint-Baptême, protégez-les sans cesse, et qu'au jour où pour la première fois ils recevront le Dieu d'amour, leur cœur encore pur et innocent comprenne les battements du Cœur Eucharistique de Jésus et s'attache à lui pour jamais. Ainsi soit-il.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. Poen. Ap., 15 Apr. 1920).

V.

Pro pueris.

321.

ORATIO.

O Jésus, ami de l'enfance, Vous qui, dès vos plus tendres années, croissiez visiblement en sagesse et en grâce, devant Dieu et devant les hommes; Vous qui, à l'âge de douze ans, assis dans le Temple au milieu des Docteurs, les écoutiez attentivement, les interrogiez humblement et faisiez leur admiration par la prudence et la sagesse de vos discours; Vous, qui accueilliez si volontiers les enfants, les bénissiez et disiez à vos Disciples: « Laissez-les venir à moi, car à ceux qui leur ressemblent appartient le royaume des cieux », inspirez-moi, comme Vous inspirâtes à saint Pierre Canisius, modèle et guide du catéchiste parfait, un profond respect et une sainte affection pour l'enfance, un goût et un dévouement prononcés pour lui enseigner la doctrine chrétienne, une aptitude spéciale à lui en faire comprendre les mystères et aimer les beautés. Je vous

le demande, ô mon Jésus, par l'intercession de la bienheureuse Vierge Marie. Ainsi soit-il.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 23 Nov. 1906, exhib. 15 Mart. 1907).

VI.

Pro pueris surdo-mutis.

322.

ORATIO.

O misericordiosissimo Gesù, che mostrasti tanta tenerezza per i pargoletti ch'ebbero la grazia di essere accarezzati dalle tue mani divine, e lasciasti detto che chiunque avesse raccolto anche uno solo di tali innocenti avrebbe raccolto te stesso, deh! stendi la tua mano provvidenziale su quei piccolini che, per essere privi di udito e di parola, sono esposti a tanti e tanti pericoli dell'anima e del corpo. Diffondi lo spirito della tua ardente carità nei cuori cristiani, perchè vengano in loro soccorso, e fai discendere copiose grazie su coloro che cooperano a provvedere, anche per questa porzione dei tuoi diletti, un rifugio, ove possa essere al

sicuro la loro innocenza e dove possano trovare pane ed affetto. Così sia.

Indulgentia centum dierum (S. C. Indulg., 5 Dec. 1906).

VII.

Pro pueris scholarum.

323.

ORATIO.

Domine Iesu Christe, unus Magister hominum et populorum, qui divino exemplo Ecclesiam tuam parvulos ad se vocare eosque materno affectu in sinu suo fovere ac custodire docuisti: scholas nostras caelesti benedictione prosequere, ut pia proles, te viam, veritatem et vitam secuta, et contra fallacem mundi scientiam munita, in Sponsae tuae Ecclesiae coronam et reipublicae decus iugiter succrescat et ad videndam una cum Angelis suis faciem Patris tui secura perveniat. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 22 Febr. 1921 et 17 Maii 1927).

VIII.

Pro ludimagistris.

324.

Oratio.

Seigneur Jésus Christ, la Voie, la Vérité et la Vie, Vous qui avez tant aimé les âmes, et qui, non content de nous avoir donné l'exemple, avez fait de si magnifiques promesses à ceux qui auront enseigné la vérité, remplissez tous ceux qui enseignent de votre esprit de science, de sagesse et de crainte; remplissez de votre grâce ceux qui sont enseignés, afin que, instruits d'une manière salutaire et utile, leur intelligence conçoive ce qui est vrai, leur cœur retienne ce qui est bien, leur vie soit pleine de bonnes œuvres, et qu'en tous votre saint Nom soit glorifié. O Jésus enseignant, qui, tout ému de compassion sur vos enfants semblables à des brebis sans pasteur, avez dit à vos disciples: « Priez le Maître de la moisson qu'il envoie des ouvriers », daignez, nous vous en supplions, multiplier les dignes instituteurs de la jeunesse: sanctifiez-

les dans la vérité; augmentez en eux la foi, l'espérance et la charité. O bon Jésus, qui avez dit: « Laissez venir à moi les petits enfants », ne permettez pas qu'un seul de ces petits, que vous avez rachetés par votre précieux Sang, périsse; éloignez d'eux tout scandale d'impiété, de vice ou d'erreur; nous vous le demandons au nom de votre sainte passion, des douleurs de votre très sainte Mère et par l'intercession des saints Anges et de tous les Saints. Ainsi soit-il.

Indulgentia centum dierum semel in die (S. C. Indulg., 29 Apr. 1907).

IX.

Pro emigrantibus.

325.

a) Oratio ad Iesum.

O Gesù, che fin dai primi giorni della vostra vita terrena doveste lasciare con Maria, vostra tenera Madre, e con Giuseppe il luogo natìo, e sopportare in Egitto le pene e i disagi dei poveri emigranti, volgete pietoso lo sguardo sui nostri fratelli costretti dal bisogno ad abbandonare la diletta patria.

Lontani da tutto quello che a loro è più caro, in cerca di onesto lavoro, essi vivono fra disagi e talvolta fra pericoli per la loro vita e per la salvezza dell'anima.

Deh! siate ad essi guida nell'incerto cammino, aiuto nella fatica, conforto nei dolori; conservateli nell'integrità della fede, nella santità dei costumi, nell'affetto ai figli, alle spose, ai genitori lontani; e fate che, dopo il duro pellegrinaggio di questa terra, tutti possiamo raggiungere la patria beata. Così sia.

Gesù, Giuseppe e Maria, proteggete i nostri emigranti.

Indulgentia trecentorum quinquaginta dierum (Pius XI, Audientia 26 Oct. 1928, exhib. docum. 19 Nov. 1928).

326.

b) Preces ad S. Raphaëlem Arch.

I. - O Arcangelo san Raffaele, che foste fedele compagno al giovanetto Tobia nel lungo viaggio dalla Siria alla Media, scampandolo da tanti pericoli e specialmente da quello di morte, che incorse nel fiume Tigri; deh! vi supplichiamo con tutto il cuore, siate guida si-

cura ed Angelo consolatore ai nostri cari nel lungo viaggio, che devono intraprendere per portarsi in terre straniere; voi teneteli lontani da tutti i pericoli di anima e di corpo e fate, possano giungere felicemente al porto desiderato.

Gloria Patri.

II. - O Arcangelo san Raffaele, che giunto nella Media prodigaste al giovanetto Tobia i più segnalati favori, portandovi Voi stesso nella città di Rages a riscuotere il danaro da Gabelo, facendogli trovare in Sara liberata dalla schiavitù del demonio una degna consorte, e ricolmandolo di beni di fortuna; deh! guardate, umilmente vi supplichiamo, i nostri cari che si trovano in terre straniere; anche con essi siate largo della celeste vostra protezione, prosperando le loro fatiche a bene delle amate nostre famiglie e salvandoli da tante insidie che verranno tese alle loro anime, affinchè abbiano da conservare il tesoro prezioso della fede, e dietro a questa conformare sempre la loro condotta.

Gloria Patri.

III. - O Arcangelo san Raffaele, che fedele alla vostra missione, sano e salvo riconduceste in Siria il giovanetto Tobia, ricolmando la sua casa di beneficii e di grazie, e ridonando persino la vista al cieco padre; deh! compite l'opera a pro' dei nostri cari emigranti. Ridonateli a suo tempo sani e salvi alle amate nostre famiglie, e fate che il loro ritorno ci sia fonte di consolazione, di prosperità, di ogni più eletta benedizione; e noi pure, come la famiglia di Tobia, dopo di avervi ringraziato di tutte le sollecite vostre cure, con voi ci uniremo per lodare, benedire e ringraziare il Dator di ogni bene. E così sia.

Gloria Patri.

℣. Ora pro nobis, sancte Archangele Raphaël.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, qui beatum Raphaëlem Archangelum Tobiae famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis, ut eiusdem sem-

per protegamur custodia et muniamur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. C. S. Officii, 17 Febr. 1910).

X.

Pro agonizantibus.

327.

Pium exercitium.

a) Fidelibus, qui S. Missae sacrificio adstantes, peccatores totius mundi, tunc temporis in agonia positos et eodem die morituros, pie Deo commendaverint, conceditur:

Indulgentia centum dierum (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 26 Oct. 1907; S. C. Indulg., 18 Dec. 1907).

b) Eamdem Indulgentiam lucrari possunt sacerdotes, qui Sacrum litando peccatores, ut supra, Deo commendaverint (S. C. Indulg., 18 Dec. 1907).

328.

Oblatio.

Mon Dieu, je vous offre toutes les Messes, qui se célèbrent aujourd'hui dans le monde entier pour les pécheurs qui sont à l'agonie

et qui doivent mourir ce même jour. Que le Sang précieux de Jésus Rédempteur leur obtienne miséricorde.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 26 Oct. 1907; S. C. Indulg., 18 Dec. 1907).

XI.

Post recitationem Officii divini vel B. M. Virginis.

329.

Oblatio.

O clementissime Iesu, gratias ago tibi ex toto corde meo. Propitius esto mihi vilissimo peccatori. Ego hanc actionem offero divino Cordi tuo emendandam atque perficiendam, ad laudem et gloriam sanctissimi Nominis tui et beatissimae Matris tuae, ad salutem animae meae totiusque Ecclesiae tuae. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die. *Indulgentia plenaria* suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oblatio peracta fuerit (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 30 Nov. 1905, exhib. 2 Dec. 1905).

330.

LAUDES.

Benedictum sit Cor amantissimum, et dulcissimum Nomen Domini nostri Iesu Christi et gloriosissimae Virginis Mariae, Matris eius, in aeternum et ultra.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die. *Indulgentia plenaria* suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (Pius X, Rescr. *Manu Propr.*, 30 Nov. 1905, exhib. 2 Dec. 1905).

XII.

Preces post privatae Missae celebrationem recitandae.

331.

Ter **Ave, Maria.**

Salve, Regina.

℣. **Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.**

℟. **Ut digni efficiamur promissionibus Christi.**

Oremus.

Deus, refugium nostrum et virtus, populum ad te clamantem propitius respice, et intercedente gloriosa et immaculata Virgine Dei

Genitrice Maria cum beato Ioseph eius Sponso, ac beatis Apostolis tuis, Petro et Paulo, et omnibus Sanctis, quas pro conversione peccatorum, pro libertate et exaltatione sanctae Matris Ecclesiae preces effundimus, misericors et benignus exaudi. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Sancte Michaël Archangele, defende nos in praelio, contra nequitias et insidias diaboli esto praesidium: Imperet illi Deus, supplices deprecamur, tuque, Princeps militiae caelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum (S. Rituum C., 6 Ian. 1884 et 24 Nov. 1915).

Praeterea, si addatur ter: **Cor Iesu sacratissimum, miserere nobis.**

Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum (S. C. Indulg., 17 Iun. 1904).

XIII.

Renovatio votorum baptismalium.

332.

Fidelibus, qui, in fine Missionum vel Exercitiorum Spiritualium, vel quolibet anni tempore, piae caeremoniae in paroecialibus aliisque ecclesiis de Ordinariorum licentia et iuxta eorumdem normas formulasque ab ipsis approbatas peragendae, in qua solemniter promissiones in susceptione Baptismatis emissae denuo nuncupentur, devote adstiterint, conceditur:

Indulgentia plenaria, si praeterea confessionem peregerint, sacram Communionem susceperint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (S. C. Indulg., 27 Febr. 1907; S. Poen. Ap., 21 Iun. 1927).

Nota. - Ad exemplum sequens proponitur formula: **Abrenuntio Satanae et omnibus pompis eius et omnibus operibus eius, et promitto me Christo fideliter adhaesurum.**

XIV.

Christiana salutatio.

333.

a) ℣. **Laudetur Iesus Christus.** ℟. **Amen,** vel **In saecula.**

b) ℣. **Laudetur Iesus et Maria.** ℟. **Hodie et semper.**

c) ℣. **Vive le sacré Cœur de Jésus.** ℟. **Vive le Cœur immaculé de Marie.**

Fidelibus, quoties se invicem salutaverint sub una ex praefatis vel similibus formulis, conceditur:

Indulgentia trecentorum dierum.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem pia praxis habita fuerit (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 30 Maii 1908, exhib. 2 Maii 1912; S. C. S. Officii, 27 Mart. 1913 et 26 Iun. 1913; S. Poen. Ap. 15 Nov. 1927).

XV.

Pro status electione.

334.

Oratio.

a) **O mio Dio, Tu che sei il Dio della sapienza e del consiglio, Tu che leggi nel mio cuore la retta volontà di piacere a te solo, ed anche di regolarmi, riguardo alla mia scelta dello stato, conforme in tutto ai tuoi santissimi desiderii; concedimi, per l'intercessione della Ssma Vergine, Madre mia, e de' miei Santi protettori, specialmente di san Giuseppe e di san Luigi Gonzaga, la grazia di conoscere quale stato io devo prendere, e di abbracciarlo, conosciuto, affinchè io possa cercare ed accrescere in esso la tua gloria, operare la mia salute e meritarmi quel premio celeste, che Tu hai promesso agli esecutori del tuo divino volere. Amen.**

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (Pius X, Reser. *Manu Propr.*, 2 Maii 1905, exhib. 6 Maii 1905).

335.

ORATIO.

b) Vedme aquí a vuestros pies, oh piadosísima Virgen, para conseguir de vos la importantísima gracia de conocer lo que debo hacer. No deseo otra cosa sino cumplir perfectamente la voluntad de vuestro divino Hijo en todo el tiempo de mi vida.

Oh Madre del Buen Consejo, hacedme oír vuestra voz que aleje toda duda de mi mente. De vos espero, pues sois la Madre de mi Salvador, que seáis también la madre de mi salvación; si Vos, oh María, no me enviáis un rayo del divino sol, ¿qué luz me iluminará? ¿Quién me instruirá si rehusáis hacerlo Vos que sois Madre de la Sabiduría increada?

Oíd, pues, mis humildes súplicas. No permitáis que me extravíe en mis dudas y vacilaciones, conducidme por el camino recto, que guía a la vida eterna, Vos que sois mi única esperanza, y cuyas manos están llenas de tesoros de virtud y vida y que derramáis frutos de honor y santidad.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die.

Indulgentia plenaria suetis conditionibus semel in mense, si quotidie per integrum mensem oratio recitata fuerit (S. Poen. Ap., 5 Aug. 1921).

XVI.

Pro quotidiana Communione.

336.

Oratio.

O Vergine Maria, nostra Signora del santissimo Sacramento, gloria del popolo cristiano, letizia dell'universa Chiesa, salute del mondo, pregate per noi, e ridestate nei fedeli tutti la devozione verso la santissima Eucaristia, affinchè si rendano degni di riceverla quotidianamente.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 9 Dec. 1906; S. C. Indulg., 23 Ianuarii 1907).

XVII.

Pro diei festi sanctificatione

337.

Oratio.

Gloriosissimo Patriarca san Giuseppe, impetrate, vi supplichiamo, da nostro Signor Gesù Cristo, copiosissime benedizioni sopra

tutti i santificatori del giorno festivo; e fate che i profanatori, mentre sono in tempo, conoscano il gran male che commettono ed i castighi che si attirano nella vita presente e nella futura e prontamente si convertano. O fedelissimo san Giuseppe, Voi che nel giorno del Signore cessavate da ogni lavoro della vostra officina, ed in compagnia di Gesù e di Maria con divozione vivissima adempivate i doveri religiosi, fate che venga presto il giorno, nel quale tutto il popolo cristiano, nei giorni festivi, si astenga da ogni lavoro proibito, attenda seriamente alla salvezza dell'anima sua e dia gloria a Dio, che vive e regna in tutti i secoli dei secoli. Così sia.

Indulgentia trecentorum dierum (Pius X, Audientia 30 Maii 1905, exhib. 1 Dec. 1905; S. Poen. Ap., 17 Maii 1927).

XVIII.

Propositum temperantiae in potu.

338.

ORATIO.

Deus, Pater mi, ad ostendendum meum erga te amorem, ad reparandum honorem tuum sauciatum, ad obtinendam salutem animarum,

firmiter statuo hac die neque vinum, neque siceram, nec ullum potum inebriantem sumere. Hanc tibi mortificationem offero in unione sacrificii Filii tui, Iesu Christi, qui quotidie sese ad gloriam tuam immolat in Altari. Amen.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (Breve 29 Mart. 1904).

XIX.

Indulgentia Portiunculae.

339.

Ut veneratio, qua Assisiense de Portiuncula Sacellum fideles prosequuntur, nihil unquam capiat detrimenti, immo etiam cotidie magis augeatur, in nulla ecclesia nulloque oratorio, vel Franciscalis cuiuslibet Instituti, quod a memorato Sacello minus distet quam tria, uti vocant, chilometra, haec Indulgentia altero die mensis augusti lucrifieri in posterum queat, etsi id antehac licuit, nisi ab iis tantum qui domum ecclesiae vel oratorio continentem incolant, modo tamen aut physice aut moraliter impediantur quominus ad idem Portiunculae Sacellum se conferant.

Si qua peculiari de causa haec Indulgentia semipublicis oratoriis concedenda videatur, eadem unquam ne faveat nisi communitati

vel coetui fidelium, in cuius commodum oratoria illa erecta sint.

Ordinariis locorum, parochis et ipsis rectoribus aedium sacrarum, in quibus privilegium insit, facultas esto, si quidem iustis de causis id expedire iudicarint, pro altero mensis augusti die, qui dominicus non sit, substituendi, ad Indulgentiam lucrandam, diem dominicum proxime insequentem.

Qui Indulgentiam Portiunculae lucrari cupiat, is admissa sua confiteatur, ab iisque, si opus sit, absolutus, Sacra de altari libet; ecclesiam vel oratorium, privilegio ditata, invisat, precesque ad mentem Summi Pontificis de more fundat, idest saltem sexies **Pater, Ave** et **Gloria** in unaquaque earum visitationum, quas ad Indulgentiam iterum iterumque impetrandam rite peragat.

Altero mensis augusti die vel die dominico proxime insequenti, condicionibus superiore n. IX statutis eos quoque stare oportet, si velint Indulgentiae compotes fieri, qui reliquis per annum diebus eo fruuntur indulto, ut sola sex **Pater, Ave** et **Gloria** recitatione, praeter alias, etiam Portiunculae Indulgentiam lucrari queant (ex Decreto S. Poen. Ap., 10 Iulii 1924, circa Normas in concedenda et lucranda Indulgentia Portiunculae. - Cfr. Act. Ap. S., Vol. XVI, pag. 345).

XX.

Contra diabolicos incursus.

340.

ORATIO.

Auguste Reine des cieux et Maîtresse des Anges, vous qui avez reçu de Dieu le pouvoir et la mission d'écraser la tête de Satan, nous vous le demandons humblement, envoyez les légions célestes pour que, sous vos ordres, elles poursuivent les démons, les combattent partout, répriment leur audace et les refoulent dans l'abîme. « Qui est comme Dieu? ».

O bonne et tendre Mère, vous serez toujours notre amour et notre espérance.

O divine Mère, envoyez les saints Anges pour me défendre et repousser loin de moi le cruel ennemi.

Saints Anges et Archanges, défendez-nous, gardez-nous.

Indulgentia trecentorum dierum semel in die (S. C. Indulg., 8 Iul. 1908).

XXI.

Oblatio in tribulatione.

341.

Mon Dieu, je dépose à vos pieds mon fardeau de souffrances, de tristesses, de renoncements; j'offre tout par le Cœur de Jésus et demande à votre amour de transformer ces épreuves en joie et en sainteté pour ceux que j'aime, en grâces pour les âmes, en dons précieux pour votre Eglise.

